

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6791

Autre(s) référence(s) : Round 1020

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Guillaume de Passavant, Le Mans (évêque)

Genre d'acte : lettre

Authenticité : non suspect

Datation : [1156-1159]

Lieu d'émission : La Flèche

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Confirmation d'un accord conclu entre les chanoines de Saint-Julien du Mans et Herbert Bérenger.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° CVII, t. 1, p. 212-213.

Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 1020.

Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 1, p. 213.

Texte établi d'après a

H., rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, Willelmo, Cenomanensi episcopo, et capitulo Beati Juliani Cenomanensis, justiciis et ministris et omnibus hominibus et fidelibus suis, salutem.

Sciatis quod ego concedo et carta mea presenti confirmo concordiam et conventionem illam que facta fuit in presentia mea apud Fissam inter canonicos Beati Juliani et Herbertum Berengarii, hanc videlicet, qua predictus Herbertus concessit partitionem illam de terra illa de Aceio et de vicaria quam ipse prius canonicis concesserat. Hoc etiam modo quod, si aliqua de particione illa inter canonicos et ipsum Herbertum oriretur contentio, canonici per sacramentum trium hominum qui particioni illi interfuissent, particionem, tam de terra quam de vicaria ejusdem terre, probatam obtinerent. Similiter et de forragio, quod ipse Herbertus concessit se deinceps accipere, per manum canonicorum, de propria grangia eorum, non ab hominibus ipsorum sicut solebat, ea etiam lege quod si ad constitutum terminum non fuerit sibi redditum forragium, Herbertus eos vel homines suos in causam vel emendam super hoc ponere non possit, sed tantum accipiat forragium suum. Hujus vero rei sic tenende inviolabiliter ipse

Herbertus in manu Harduini, decani ecclesie Beati Juliani, fidem dedit. Hoc etiam prius eum Gervasius de Nova Villula affidavit. Quod si Herbertus de hac concordia et conventionem aliquo modo exiret, ipse Gervasius se in custodiam canonicorum captum redderet, donec canonicis eisdem XX. libras Cenomanensis monete persolveret. Hanc etiam conventionem sic tenendam affidavit Robertus de Contest. Herbertus etiam fidem dedit quod hanc conventionem uxori sue et Fromundo et aliis filiis suis et fratribus concedere faceret. Quare volo et firmiter precipio quod hec conventio firmiter et inviolabiliter teneatur.

Testibus : Matheo Andegavensi episcopo, Thoma regis Anglorum cancellario, Harduino decano, Gosleno de Turonis dapifero, Hugone de Cleers, Willelmo Filio Hamonis, Raginaldo de Castello Gunteri, Lysiardo de Salgia. Apud Fissam.